

possem! Sed facile est videre aliorum errores, suos verò ignorare. Argumenta sunt scripta ab inimicâ manu : *Suppono calycem, fructificationis partem : Leontodontidis florem compositum, dica unicum florem nec racemum.* Si calix floris pars, et umbella, involucraque, calyces, et receptacula, tunc ritè distinxi classes, si observet clavem classium. De *Aro* observet quæ præfatus sum ad *Gynandriam*. Ego verò non agnosco receptacula ponere absolutos limites classium naturalium, quod in *Saxifragis* videre est. Quæ monet de *Boerhaaviâ*, pulchra erant; hoc non novi, nec habui *Boerhaaviam* unquam in eâ copiâ, ut potuerim examinare ritè flosculum. Cætera viliora sunt. Utinàm posses mihi comparare *Boerhaaviæ* semina, et me doceres quâ ratione istam plantam colerem, quæ toties renuit apud me crescere!

Accepi nuper *Bassiæ* pulcherrimum genus.

Vidi aliquot tabulas *Dioscoridis* delineatas *Viennæ* *; sed non dicam nùm sint verè authoris *Dioscoridis*.

* Le nom de *Dioscoride*, médecin Grec du commencement de l'ère chrétienne, est connu de tous. Son ouvrage sur *la Matière médicale générale*, tirée des trois règnes de la nature, surtout du règne végétal, ne l'est pas moins, et après la découverte de l'imprimerie